

115.
vocatuy de Ilberg, Otto de Pouch, Henticy de Sladebach, Geveharduy p. 4.
& Henticy fratrey de Crozuc, Contraduy de Cleberg. Sub hac forma et
conditione data fide promissum et juratum est, et ab hijs qui nondum ju-
raverunt, data fide promittetur et jurabitur, ut, si aliquo modo, quod
absit, Marchio Misnia, secundum quod promissum et juratum est, non
observaret, omnes intrabunt Bruniswic, & inde nunquam recedent sine
Domini Imperatorij licentia & voluntate. Insuper ad majorem securi-
tatem predictae conventionij observanda, filios Ministerialium suorum
tredecim, Marchio Misnia pro obsidibus dabit, scilicet filium Ge-
vehardi de Kurbere, filium Volmari de Chamberc, filium Bernhardi
de Trebezin, filium Suitolphi de domo Grimme, filium Guntheri de De-
win, filium Hagenonij de Dobelin, filium Alberti de Litznik, filium Fri-
derici Caratz (filium N.) de Donitz, filium Pincornu Hentici, fi-
lium Friderici de Grotz, filium Godefridi Hufeling, filium Thitboldi
de Nidecke. Hac autem conditio observabitur de obsidibus: quod si Mar-
chio, quemadmodum promissum et juratum est, quod absit, non observa-
verit, liberam habebit Dominus Imperator facultatem de ipsis faciendi,
quod ei placuerit, & erunt in eo statu, qui vulgo vergielt dicitur.
Predictos autem obsides secundum dictas condiciones tenebit Domi-
nus Imperator, a proximo Pascha usque ad biennium, & tunc ipsos
Marchioni restituat, ita tamen, quod tunc patres obsidum, vel alii
Ministeriales Marchionij, aequi idonei et totidem numero, promittent
et jurabunt, secundum quod supradicti tam infeudati, quam Mini-
steriales Marchionij promiserunt et juraverunt. Si vero aliquis
nominatorum obsidum, vel morte interveniente, vel casu alio, Do-
mino Imperatori dari non posset, alius aequi idoneus Dominus Im-
peratori dabitur loco illius, omnibus aliis in suo vigore permanen- p. 5.
tibus. Ex alia parte Dominus Otto, Romanorum Imperator promi-
sit fide data I. Marchioni Misnia, quod sibi bonus et propitius do-
minus abhinc in antea erit, & quod ei assistet, & eum juvabit contra
omnem hominem in sua justitia et omni necessitate, & nunquam eum
deseret. Et quod regnum Bohemia concedet nepoti Marchioni Tura-
tizlas, & ad obtinendum eum jurabit & obtentum defendet, Marchi-
one in omnibus et diligenter cooperante, & hoc observabit bona fide
& sine fraude et malo ingenio. Et hoc pro eo & de ejus voluntate promi-
serunt